



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1734**

**VD18 90103084**

§.VIII. Dancksagung des Schwedischen Legati Salvii an Dännemarck, vor die bey denen Præliminariën angewandte Bemühung.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1643.

Singulis quoque Salvis Conductibus supradicta Tractatus Universalis loca respective inferantur; Et praesentis Tractatus Autographum, data singulis Legatis copia authentica, apud Serenissimum Regem Daniæ deponatur.

1643.

Dies autem auspiciando utrique Congressui, Osnabrugensi & Monasteriensi, dicta constitutaque esto vigesima quinta Mensis Martii proxime venturi, quod felix faustumque Orbi Christiano det esse Deus!

Praesens autem Tractatus cum altero, super iisdem Pacis Universalis Praelimiribus, hodierna quoque die concluso, inter Nos, Conradum a Lutzowio, pro Imperatore Romano & Rege Hispaniarum ex una, & Illustrissimum Legatum, Dominum Claudium de Mesmes, Comitem d' Avaux, pro Christianissimo Rege ex altera parte, unus idemque sit Tractatus, nec, nisi adimpletis utriusque conditionibus, alteruter pro impleto habeatur.

Quaecunque supra de die locisque Tractatum dicta sunt, ea a Principibus utrinque nostris, peculiari Instrumento rata habebuntur, eaque rati habitio, una cum enumeratis Salvis Conductibus, praestituto tempore ac loco reciproce commutabitur.

In quorum omnium fidem roburque, praesentes, manibus nostris signatas, sigillis quoque mutuis firmavimus. Hamburgi die 13 Decembris Anno 1641.

(L.S.) CONRADUS a LUTSOW.

Christianissimi Regis per Germaniam Extraordinarius Legatus, Claudius de Mesmes, Comes d' Avaux, Univerfis, quorum interest, notum testatumque volumus, Nos de Tractatu super Pacis Universalis Praelimiribus, qui inter Nos & Illustrissimos ac Excellentissimos Legatos, Dominum Conradum a Lutzow, & Dominum Joannem Salvium, hodierna die respective conclusus, & ab illis subscriptus, atque in manus Serenissimi Daniæ Regis, uti Mediatoris, data Nobis authentica copia, depositus est, convenisse in omnibus ac singulis, ad rei substantiam pertinentibus, videlicet loca & diem Congressuum, mutuamque Salvorum Conductuum, qui in illo recentur, & sub formulis, quæ ibidem declarantur, traditionem, prout per praesentes convenimus, parem vim habiturus, ac si dicto Tractatu Nos quoque subscripsissemus, ejusque conditiones omnes hic insertæ & repetitæ fuissent. In quorum fidem hasce, manu & sigillo nostro munitas, apud praememoratum Daniæ Serenissimum Regem vicissim deposuimus, earundem rati habitioem a Sua Christianissima Majestate, una cum dictis Salvis Conductibus, statuto tempore ac loco promittentes. Actum Hamburgi die 13 Decembris Anno supra Millesimum sexcentissimo quadagesimo primo.

(L.S.) CLAUDIUS de MESMES.

## §. VIII.

Dankfagung  
des Schwedi-  
schen Legati  
an Dänne-  
mark, vor die  
bey denen  
Praeliminari-  
en angewand-  
te Bemühung.

Der Schwedische Legat Salvius stat- gewandte kräftige interposition, im-  
tete dem König in Dänne- nachgesetzten Schreiben, den gebührenden  
bey solchen Praelimir-Tractaten an- Dank ab:

Quod jam primum ad litteras S. R. Majestatis Vestrae de 11. Febr. respon-  
deo, reverenter oro, ut Reg. Maj. Vestrae clementer interpretetur. Causa  
tarditatis non fuit alia, nisi quod de die in diem laboraverimus, ut ad for-  
tia Majestatis Vestrae monita, aliquid solidi, tam de fine preparatoriorum, quam  
initio principalis Tractatus constanti, responderemus. Tria tantum ha-  
ctenus

1643.  
Martij.  
Aprilis.

Et enus fuere Præliminaria Pacis, *Locus, Dies, Securitas*, in quibus obtinendis, septem jam annos ego laboravi. Sive peccata nostra, sive matura nondum Paci Austriacorum consilia obstiterint, sollicitè nunc non inquirò; hesterna enim dies, per Dei gratiam, Præliminaribus finem imposuit, eo modo, quem Majestati Vestræ Dn. Langermannus aperiet. Non, quod exacte, quæ debuit & promisit, præstiterit pars adversa, sed, quod ex parte nostra id auctoritati R. Majestatis Vestræ & favori Pacis, & gemebundæ sub jugo belli Germaniæ, tributum sit, ut tolerabilibus contenti fuerimus. Terminos a Majestate Vestra Instrumentorum commutationi & Conventui Generali statutos, libenter acceptassemus, sed, quoniam circumstantiæ temporis, locorum & populorum, quos hæc res maxime concernit, aliquam mutationem attulerunt, speramus R. Majestati Vestræ non fore ingratum, quod priorem integro mense anticipaverimus, alterum vero, Congressui Principali destinatum, coacti fuerimus in diem  $\frac{1}{4}$  Julii extendere. Gratiâs vero agimus, & reverenter gratulamur Majestati Vestræ, quod indefesso labore suo, rem tantæ difficultatis hucusque promoverit, Deumque rogamus, ut Tractatus futuros porro dirigere dignetur, ad Ecclesiæ & Reipublicæ Christianæ honestam securamque tranquillitatem, cujus divinæ protectioni Maj. Vest. devotissime commendamus. Hamburgi, <sup>24</sup> Martij. <sup>24</sup> April. 1643.

1643.  
Martij.  
Aprilis.

## §. IX.

Der Schwedische Legatus  
Salvius invitiret die  
Reichsstände ad  
Congressum.

Nicht weniger ließ der Schwedische Legat Salvius, an die mehresten Reichsstände folgendes Notifications-Schreiben abgehen: welches, nach dem, an Marggraf Christian zu Brandenburg-Culmbach gestelltem exemplar, also lautete:

Illustrissime Princeps,  
Domine observantissime.

Quibus initiis causisque ortum sit funestissimum hoc bellum Germaniæ, quantaque partium contentione ac vehementia hæctenus gestum: id, prohi dolor, notius est, quam ut hic referri conveniat. Multis quidem jamdiu laboratum est, à diversis Regibus, Electoribus, Principibus; ut amico Tractatui submitteretur; Quin & ipsamet Regna Fœderata, ut omnes à se protractæ Pacis execrationes amolirentur, à longo jam tempore, non modo diem locumque Congressui nominarunt, sed & decentes Salvorum Conductuum formas, ne ullus Adversariis mora prætextus superesset, sponte offerri curarunt. Veruntamen, sive horum consilia nondum paci matura fuerint, sive non potuerit peccatorum Christiani Orbis gravitas, nisi tanto temporis intervallo, expiari; jam primum a tribus septimanis, obtenti sunt, quos septem per annos quærsivimus, necessarii Salvi Conductus. Quod si Regia M<sup>tas</sup> Sveciæ potuisset religionis fœderumque Confortes deserere; fortasse citius faciliusque res tota confecta fuisset. At quoniam major publicæ, quam privatæ, nec minor Sociorum, quam propriæ securitatis & honestatis ratio habenda fuerat: virtute & constantia superare oportuit, quas interim furias objecit inevitabilis belli necessitas. Nunc, cum per Dei gratiam, interventu operaque Ser<sup>mi</sup> Regis Daniæ, dicta sit dies  $\frac{1}{4}$  proxime futurij mensis Julii, inchoandis Osnaburgiæ & Monasterii de Pace Universalij Tractatibus, ne ullus eorum, qui quacunque necessitudine S. R. M<sup>ti</sup> hoc bello conjuncti fuerant, præteriretur, impetratum est tandem a Cæsarea Majestate pro universis generale securitatis diploma. Cujus quidem cum autographo æquivaleret apographum: illo penes nos reservato, hoc à Notario publico vidimatum, Cels. V<sup>rae</sup>. decenter submittemus, quam primum omnes S. R. M<sup>tis</sup> Sveciæ Legati, quod brevi futurum est, conjuncti fuerimus. Hoc vero Celsit. V<sup>rae</sup>. in antecessum significare debui, ut, si placuerit Suxæ Domus statusque desideria vota que, spei publicæ Pacis inferere,